

Pars prima de Vniuerso

negauerunt. Sunt et alii errores quibus et omnis lex contradicit et eisdem ab omni lege contradicitur nec potenti fuerunt. Huiusmodi erroreis sic imminuere gloriam dei et euacuare spem cultorum ipsius quin evniverso eternitate attribuere ausi sunt et probationibus se hoc posse astruere attentauerunt. Manifestum igitur est quia errores istos destruere et contradictionibus homini erroreis respondere questionesq; eorum dissoluere veritatemq; contraria astruere presentis ppositi est intentionis mee ac desiderii in hoc tractatu si Deus voluerit.

Quod actor vniuersi est unus rationibus stabiliter et erroris manicheorum simul destruatur.

Ico igitur qui a vniuerso est unitas dicitur et est et dicit vniuersum. et actor eius qui est benedictus Deus et sublimis quoniam ipse est unus et quoniam non est ei alter contrarius. et hic declarabo tibi per vias probationum non quemadmodum in prima philosophie prima parte declarat. Sed probationibus facilimis et pene vulgari bus quoniam huius erroris autores fuisse vetores vulgares hic est breuis intellectus et paucus excitatio nis homines se duxerunt. et hic est error primus cuius destructioni intendo in hoc primo capitulo. hic igitur error est habuit a regione profundis et auctor eius dictus est manu. Unde et sequaces eius manicheos nominat gens christianorum et cepit error iste fere cum ipa lege christiana. Quicquid et est adhuc non solu punitissimum. Sed etiam pestilentissimus quapropter ipsum etiam gladio rigue psequi et exterminare usque hodie non desistit. Hoc etiam non minus gens hebreorum aut saracenos faceret. si apud eos inueniret. hic ergo seductor et falsiloquies posuit duo esse principia duos esse deos et nominavit alterum deum lucis et deum benignum. alterum vero deum tenebrarum et deum malignum. Sic posuit et duo vniuersa duoque regna duas etiam gentes. et vocavit eas iuxta predictas nomina gentes lucis et gentes tenebrarum. Regnum lucis et regnum tenebrarum Substancias etiam diuisit iuxta modum istum et quae greci vocant eu demones latini vero angelos bonos dixit a deo bono et principe lucis creatos eiusque ministros esse. Quos autem vocant cacodemones latini vero angelos malos vel dyabolos posuit a principe tenebrarum et deo maligno creatos esse eiusque eum ministros et dominum mala patissimos atque promptissimos

posuitque honestatem inter principes istos et bellum non solum perpetuum. Sed etiam eternum et inter regna et gentes eorum. Sunt et alia deliramenta et mirabilia earum etiam rami multi errorum istius quae psequi non est intentionis mee hic.

Radices errorum manicheorum extirpantur per rationes metaphysicas.

¶ primis igitur contra ipsas radicem et radicale fundamentum errorum isti disputandum erit Dico ergo quod cum erroreis isti ponunt duo principia atque consequentia et eterna necessarie habent sequentes ponere. Ultriusque enim necessarie esse per se et propter hoc simplex est ultima simplicitatis. Si enim aliquo modo per alterum eorum esse est compositum et ex necessitate partibile et propter hoc haberet aliquo modo pates quare neutrum eorum est principium simpliciter cum virtutibus haberet multa priora se valentes suas sive componentia sua. Oeconomiae pates et opera propontentia prius sunt toto suo quod est compositum. Amplius neutrum eorum est necessarie esse per se fuisse hoc immo virtus est possibile esse per se cum virtutibus sit causatum ab ipsis ipsis componentibus totalitate ipsius oeconomico est compositum quilibet modorum causatum est partium ex quibus consistit totalitas ipsius et etiam compotentiam adunantur sive aggregatis ptes illius et adducuntur in totalitate ipsius. Nam ante declarandum est in prima parte prime philosophie quod omne hominem causatum est possibile esse per se et recipiens esse supra se quod est aliud ab ipso et propter hoc est in eo potentialiter sive possibiliter quoniam est ei accidentis hoc est adveniens ei et receptum ab ipso supra totalam completam essentiam suam esse ei omne quod dat a causa hominem sive causa separabile est ab illo sicut intellectus et omne receptum a suo recipiente et generaliter omne esse cum fuerit aliud a suo ente separabile est ab ipso esse modo quo diximus. Omne autem a quo eius esse separabile est non habet illud nisi possibiliter sive potentialiter et ita non habet illud ea necessitate qua aliud dicitur necessarie esse per se. Manifestum igitur est quod neutrum duorum istorum principiorum est necessarie esse per se

Ampliciter si virtus est necessarie esse per se virtus est simplex in ultimata simplicitatis in neutro igitur aliquid erit essentialiter quod non sit ipsum. Cum igitur bonitas et malitia sint in eis essentialiter ex necessitate alterum erit sua ipsa bonitas alterum vero sua ipsa malitia. Necesse ergo per se autem dicitur vniuersitate de ambobus aut equoce. quod si vniuersitate occidetur igitur erit alterum per hoc quod est necessarie esse per se sive per